AENIGMATA [illegible]

PROV. 30, 15—19. [illegible]

ET

AD EXAMEN[illegible]

D. 23. 24. ET 25. AP[illegible]

IN GYMNASIO S[illegible]

HABENDVM IN[illegible]

NEC NON

SYMBOLAS IN BI[illegible]
ET MVSEVM GYMNASII P[illegible]
SEMESTRE A BENEV[illegible]

COLLATAS REC[illegible]

GYMNASII DIR[illegible]

M. IO. IOACH. BE[illegible]

THEOL. P. P. O., PHIL. P. P. E., ACA[illegible]
A COMMENTARIIS ET WESTPH. [illegible]

ERFORDIA[illegible]

TYP. IOAN. CHRIST. GOERL[illegible]

...Á HEBRAICA

... — 19. EXPLICAT

ET

...EN VERNVM

...T 25. APRILIS 1798

...IO SENATORIO

...VM INVITAT,

...EC NON

... BIBLIOTHECAM

...ASII PER PRAETERITVM

...BENEVOLENTIBVS

...AS RECENSET

...I DIRECTOR,

... BELLERMANN,

... E., ACAD. EL. MOG. SCIENT. VTIL.

...WESTPH. SOCIETATIS SODALIS.

...ORDIAE,

...GOERLING, ACAD. TYPOGR.

PAVSANIAS [1]) celebris ille et solers graecarum rerum inuestigator „Graecos antiquiores, qui sapientiae famam adepti sint, sua „morum praecepta non tam sermone perspicuo proposuisse, quam „aenigmatibus inuoluisse“, testatur: cuius rei vnum saltem exemplum hic attulisse iuuabit, Cleobuli nimirum, vnius ex septem Graeciae sapientibus, aenigma, cuius meminere plures [2]), quodque ita habet:

Εἱς ὁ πατηρ, παιδες δε δυωδεκα· των δε ἑκαςῳ
Κουραι ἑξηκοντα, διανδιχα ἐιδος ἐχουσαι.
Αἱ μεν λευκαι ἐασιν ἰδειν· αἱ δ' αὐτε μελαιναι
Αθανατοι δε τ' ἐουσαι ἀποφθινυθουσιν ἁπασαι.

Quae versibus eiusdem generis latine sic sonant:

Est vnus genitor, cui bis sex ordine nati
Et sexaginta natae, sed dispare forma:
Candida namque harum pars altera, et altera nigra est;
Cunctae immortales, morientes attamen omnes.

Significatur autem aenigmatae hoc *Annus*, constans duodecim mensibus, quorum vnusquisque candidos triginta dies, totidemque noctes nigras habet.

1) PAVSANIAS in Arcadicis, Lib. VIII. p. 613. Ex interpretatione ABR. LOESCHERI. Basileae, per IOAN. OPORINVM. Fol. p. 299.

2) DIOGENES LAERTIVS, Lib. I, §. 91. p. 34. edit. HENR. STEPH. 1570. 8. STOBAEVS, in Ecclogis physicis, Lib. I. cap. 11. SVIDAS, in voce Κλεοβουλινη. cet.

Simili ratione apud Hebraeos antiquiores aenigmata magni aestimabantur, et non *tantum* in iocosa confabulatione et sermonibus conuiualibus sed et in ingeniorum acuminis examine adhibebantur.

Quo pauciora Hebraeorum monumenta ad nostra vsque tempora peruenerunt, eo iucundius est, collectionem aenigmatum hebraicorum in Prouerbiis Salomoneis inuenire, quae vero, vt mihi quidem videtur, non semper recte sunt explicata. Cum hacce de re iam alia occasione in Programmate, quod inscribitur, „De Hebraeorum aenigmatibus ingenium acuentibus (1796, apud *Görlingium*) disseruerim, quatuorque perantiqua aenigmata in sacra Scriptura Iud. 14, 12—19. et Prou. 30, 21—31. obuia explicauerim, iam filum ibi abruptum annectam, et duo aenigmata sane festiua et acuta hic addam. Alterum continetur in Prou. cap. 30, vers. 15. et 16. alterum vero versibus 18. et 19. eiusdem capitis.

Omne hoc caput trigesimum Prouerbiorum variis difficultatibus laborare, tam e frequenti lectionum varietate [3]) quam ex interpretum discrepantia videre licet; et quia interpretes e quaestionibus aenigmaticis earumque solutionibus orationem rectam fingebant, fieri non potuit, quin de nexu huius capitis maximopere angerentur, praesertim cum librarii et Masorethae, vt vulgo dicuntur, minus apta versuum distinctione difficultates auxissent.

Si quis linguae hebraicae gnarus versum decimum quintum, vt nunc distinctus est, legerit, verba quinque priora לעלוקה שתי בנות הב הב sensum et nexum grammaticum tantopere turbantia inueniet,

3) Vid. KENNICOTT., Tom. II. p. 474. 475. DE ROSSI variae lect. V. T. Vol. IV. p. 103. 104.

ueniet, vt ea superflua et otiosa facile indicaturus sit liberalis interpres. Verbis vero his separatis et cum praecedentibus coniunctis, ea, quae antea obscura erant, clarescunt. Versus decimus quintus non amplius onere premitur alieno, et aenigmati praecedenti, in versibus 11—14. proposito, quod huc vsque claudicabat, solutio sua rite additur.

Aenigma vers. 15. et 16. non tantum est rhytmicum, cuius et quaestio et solutio tribus constat versibus, sed et versus iidem similibus verborum exitibus sunt praediti, ita vt argutia quaedam puerilis, hisce ingenii lusibus solemnis, ignorari nequeat.

שלש הנה
לא תשבענה
ארבע לא אמרו הון

שאול ועצר רחם
ארץ לשבעה מים
ואש לא אמרה הון

Quem gryphum, cuius Homoeoteleuton, quoad fieri potest, expressurus, ad verba sic verto:

Quaestio aenigmatica:

Quaenam sunt tria illa, quae Vos non saturatis,
Quae cum quarto nunquam dicunt, est iam satis?

Solutio:

Sepulchrum, foemina sterilis,
Sabulosa terra, ignis insatiabilis.

Nemo non aenigmatis huius sensum intelligit, quotidie enim mortales moriuntur, et *Mors*, Graecorum Orcus, Hebraeorum Scheol,

Scheol, crastina luce eodem modo quo hodie expirantes flagitans nunquam satiatur. *Foeminarum sterilium* libidines potissimum sterilitate inflammantur, ita vt, siti non expleto, magis magisque gestiant. Ceterum hoc loco non tam in libidinum flagrantiam, quam in liberorum desiderium indigitari, ex eo veri simile est, quia apud Hebraeos vxoribus opprobrio erat summo, liberis carere. Exempla in S. S. sunt trita, v. c. Rachelis, quae, quod sterilis esset, adeo insatiabilis Dudaim permutauit, cuius historia poetae fortassis ante oculos versabatur. *Terra* vero *sabulosa*, quanquam magna aquarum copia irrigetur, post breue tempus sitibunda inhiat, quasi nihil pluuiae aut imbris bibisset; quodque solutionis membrum tertium etiam ad Orientem, praecipue ad torridam Arabiam, Palaestinam etc. spectare mihi videtur. *Ignem* denique, si vel maximas siluas ditissimasque vrbes absumserit, suam comburendi famen non expleturam esse, omnes persuasi sumus.

Alterum aenigma continetur versibus 18. et 19. quod ad verba sic verto.

Quaestio aenigmatica:

Trias est occlusa,
Et quarta res abstrusa?

Responsio:

Aquilae via in aëre,
Serpentis via in rupe,
Nauis via in mari,
Viri via in virgine.

Si in versione prolata minus ad hebraici textus acumen et argutiam respexissem, sic potius reddidissem:

Quaenam sunt quatuor res in orbe terrarum, quae ab hominibus nec inuestigari nec describi possunt? Enimuero in aenigma-

tis

tis solutione auctor graue pondus in vocem *viae* דרך ponit, quam aequiuocam ob hanc caussam retinendam et cum aliis magis perspicuis et accomodatioribus minime commutandam duxi.

Quatuor res ab auctore delectae et imperscrutabiles dictae, quanquam et aliae huius tenoris substitui possunt, lepore tamen eximio, ex earundem compositione promananite, gaudent. Difficile enim est, vel potius fieri plane nequit, *Aquilae* et in genere volucrium viam in aëre dignoscere, quae semita alarum remigio strata, eodemque fere momento relicta, statim colliditur et coalescit, ita vt aquilae seu volucris vestigium non amplius indicari queat. Eandemque rationem esse, si quis *Serpentum* viam quaerere vellet, natura ipsa docet, quoniam serpentes nec vestigia relinquunt, nec iisdem compitis vtuntur. Aggeres quoque *Nauis* natantis, recurrentibus vndis, quis declarare audebit? *Viri* denique via in *Virgine* דרך גבר בעלמה est quarta; quam nimis absconditam et non inuestigabilem dicit.

Cum haecce orationis pars ob suam breuitatem sit aequiuoca, versiones 4) et interpretes sibi non consentiunt; cel. HERDERVS

4) Veteres versiones hebraicam vocem בעלמה *in virgine* vario modo rediderunt; *Vulgata*: *in adolescentia*, quae textui nostro non conuenit, quam ob rem Magdalius, Parisienses aliique *in adolescentula* legendum contendunt. *LXX interpretes*: ὁδὸς ἀνδρὸς ἐν νεότητι, vid. cap. 24, 19. in quo hoc aenigma occurrit. *Symmachus*, *Aquila* et *Theodotion*: ὁδὸν ἀνδρὸς ἐν νεάνιδι, vid. Origenis Hexapla ex edit. BAHRDTII T. II. p. 334. *Arabs*, Polygl. Lond. في حداثته in iuuentute sua. *Syrus*, Polygl. Lond. ܒܛܠܝܘܬܗ in adolescentia sua. *Chaldaeus*, ibid. ארחא דגברא בעלמתא vt textus hebraeus. — Cod. 31[mus] De Rossi habet: בעלמיו. Cod. 737 De Rossi, Cod. 573 Kennic. בעלמא,

RVS [5]) cel. HEZELIVS [6]) *et* alii explicant de generationis ratione imperscrutabili; DOEDERLEINIVS [7]) in tres explicandi modos vacillans, rem in ambiguo sinit; MICHAELIS [8]) affert, Salomonem fortassis Satyram in sui aeui puellas scripturum indigitasse, virgines puras non amplius inueniri. Alii aliter.

Mihi vero persuasum est, astutiam et malas artes scortorum et adulterum poetam in mente habuisse. Occultae insidiae et insatiabiles cupiditates mulierum voluptate captarum sunt themata apud Hebraeos tritissima, quae auctores vbique suadendo repetunt, vt mariti sibi bene prospiciant. Cui explicationis modo fauet redactor horum aenigmatum, capite trigesimo contentorum; addit enim ex suis versu vigesimo: „Sic est via mulieris scortantis, comedit, dein abstergit os suum, dicens, Nil commisi!" Libidinis expletio comparatur cibo ad satietatem capto, et illius occultatio abstersioni oris, postquam quis illicitum cibum comederit. Quae cum ita sint, nunc hanc solutionis partem perspicacius verto: Viri via

בעלמא, et quidam codd. lat. (cf. De Rossi) in adolescentia sua etc. quae tamen lectionis varietas ad textum receptum masorethicum mutandum minime valet, quoniam codices hebraici omnes, si a prolatis variantibus lectionibus discesserimus, hoc loco sibi consentiunt.

5) HERDER, *vom Geist der hebr. Poesie.* Lpz. 1787. Th. II. p. 285.

6) HEZEL, *Bibel mit vollständig erklärenden Anmerk.* Lemgo 1784. Th. V. p. 176.

7) DOEDERLEIN'S *Sprüche Salomons, übersetzt mit Anmerk.* Nürnberg 1782. p. 192. *und* 193.

8) MICHAEIS *Uebersetzung des A. T. Th. VII.* Goetting. 1778. p. 101. Celeb. doctissimique ZIEGLERI librum in Prou. inspicere nondum mihi licuit, quod doleo atque valde desidero.

via *ad foeminam* seu *circa foeminam*, quae, amore alicuius capta omnes difficultates miris ambagibus incredibilibusque astutiis remouet, vt sui faciat copiam ambienti amatori.

Paucis his praemissis mira aenigmatis patet concinnitas; postquam enim auctor vias homini ignotas in omnibus fere elementis, in *aëre* aquilae viam, in *terra* serpentis, et in *aqua* nauis allegauerat, quae mortalium vel maxime scientium ignorantiam et inscitiam demonstrant, solutioni colophonem imponit, dum hominem ipsum, i. e. microcosmum, et quidem foeminam callidam simulque audacem virum, amore vtrumque captum, negata cupientem, inque vetita nitentem in medium profert, quorum vterque omnem vigilantiam atque attentionem eius, cuius interest, mirandum in modum eludit.

Ad secundum huius programmatis scopum iam me conuerto. Omnibus, qui nuperrime in Gymnasium beneficia contulere, gratias, quas possum maximas pro aestumatissimis donis, Museo atque Bibliothecae liberaliter consecratis acturus, incrementa, quae hocce naturae et artis Museum praeterito semestri fecit, paucis recensebo. Quia vero hic recensus simul est testimonium literarum de datis et acceptis, nec non de religiose seruandis muneribus, et quia vnus et alter horum beneficorum linguam latinam non callet, quem tamen nolim, vt opinetur, donum suum esse omissum, patrio idiomate vtar.

Allen Edeldenkenden und grossmüthigen Gönnern dieser Bildungsanstalt, die in dem verflossenen Halbeniahre Beiträge zum Gymnasiums Museum lieferten, statte ich hiermit im Namen dieser Anstalt den innigsten Dank ab. Ihnen bleibt, ausser dem süssen Bewusstsein, etwas mitgewirkt zu haben, damit in der Folge der Vnterricht einzelner Lehrgegenstände anschaulicher, interessanter und nützlicher gemacht werden könne, und damit des Schülers Wissbegierde höher gespannt, sein Priuatfleiss vermehrt und sein Beobachtungsgeist geschärft werde, besonders auch das dankbare Andenken bei Zeitgenossen und der Nachwelt. Folgendes ist, als ein abgekürzter Auszug aus dem Protocolle, die Liste der im lezten Halbeniahre eingelaufenen Geschenke:

Von

Von dem Hrn. Rector C. H. Möller: zweiter Beitrag, dessen Lexicon entomologicum. 1795. ganz Engl. Das auf ein Palmenblatt in malabarischer Sprache geschriebene Vater Vnser, aus Madras. Acht Gedächtnissbänder aus dem siebenjährigen Kriege. Ein Embryo des Neuntöders. Ein Embryo der Mauerschwalbe. — Demoiselle W. Sinnhold: eine schöne Konchyliensammlung von 63 Stück, und 14 Münzen und Medaillen, darunter sind zwei silberne Krönungsmünzen von K. Ioseph und Leopold, ein silberner Sargpfennig, ein silb. russ. Kopeken, 6 silb. altfranzös. Zweisoustücke, die Medaille auf das hiesige Vniv. Iub. in Zinn u. s. w. Vnter den Konchylien ist die Meerspinne, Mohrenkrone, Teufelsklaue, Davidsharve, Eidotter, Kibizei, einige Cypräen, Strombi, murices, trochi, volutae, buccina u. s. w. — Hr. D. I. E. Z. . . Einen Louisd'or u. A. Reyheri lex. lat. ling. Fol. — Hr. Chr. Veit: zwei Münzen. — Gymnasiast G. L. Oeder: von Murr's Beschreibung der Merkwürdigkeiten in Nürnberg u. Altdorf, m. Kupf. — Gymnas. Chr. Erdmann: Schubert inst. metaphys. — Gymnas. E. F. A. Schenk: vier Götting. Festprogrammen. — Gymnas. I. C. Fleck: eine Medaille in Zinn. — Hr. Chr. S. . . in N. einen Louisd'or. — S. D. der Hr. Prinz Albrecht von Sondershausen, Suckows Entwurf einer Naturlehre, m. K. — Hr. Domherr Fr. v. Dalberg: de Lük physikalisch moral. Briefe über die Gesch. der Erde u. d. M. in 2 h. Fr. Bänden. — Hr. Rector von Einem, aus Hanöv. Minden: eine silberne bengalische Rupie. — Hr. Ass. A. eine Münze auf den Teschner Frieden 1779. in Zinn. — Gymnas. I. W. Becker: eine Miner und Baumwollennuss. — Hr. R. Schernitz iun. eine Sammlung von achthundert und elf kupfernen, zinnernen und messingenen Medaillen und Münzen, darunter 160 kupferne römische Münzen, 20 zinnerne und 9 messingene Schaustücke, mehrere Münzsorten auch 150 diverse Heller befindlich sind. Die römischen sind 1 Caesar, 6 Augusti, 1 Caput Augusti et Agrippae, 1 Agrippa, 3 Claudii, 3 Nerones, 1 Nero et Drusus in citis equis, 1 Galba, 1 Otho, 1 Vitellius, 2 Vespasiani, 3 Domitiani, 1 Nerva, 7 Traiani, 4 Hadriani, 1 Aelius, 12 Antonini pii, 2 Antonini philosophi, 4 Faustinae seniores, 4 Faustinae iuniores, 2 Aurelii veri, 3 Commodi, Didius Iulianus, 2 Septimi Severi, 1 Sept. Albin. 3 Alexandri, 1 Maximinus, 1 Maximus, 1 Gordianus, 1 Philippus, 1 Aemilian, 5 Galieni, 4 Claudii Goth. 1 Victorinus, 4 Probi, 1 Carus, 6 Diocletiani, 1 Carausius, 10 Maximiani, 3 Constantii Chlori, 11 Constantini M. 3 Constantes, 3 Constantii, 2 Constantini iun. etc. — Hr. Amtmann Faber: eine römische Silbermünze, ein Severus, die bei Mainz ausgegraben wurde. — Hr. I. Chr. Hinrichs in St. Petersburg, dessen Entstehung, Fortgang und ietzige Beschaffenheit der russ. Iagdmusick, 1796. gr. 4. m. K. — Der Gymnasiast Fr. I. Gebhardt: einen schönen Beitrag zur Eiersammlung von 80 Stück, darunter sich einige seltene Geierarten befinden, und Evangelia germ. lat. graec. et hebraice, ed. Claii — Der Gymnas. I. I. Sixt: eine Konchylie Cypraea minor und ein französ. kupf. 2 Soustück, vom 3. Iahr der Freiheit. — Gymnas. I. M. Laubling: 5 K. Münzen. — Gymnas. H. E. Gebhardt, 3 K Münzen. — Gymn. Rebling: Eutropius c. metaphr. graeca und 3. K. Münzen. — Die Buchhandlung der Herrn. Vorm. Beamte Beyer und D. Maring sechs Bücher, als: Anweisung für Zeichenschüler, 1r und 2r Hefft, Gotthards Gemüsebau, Spitz

Vor-

Vorschläge, Makrothymia 1r Theil, Koppens über die Verkalchung des Bleies, Tromsdorfs Receptirkunst. — Hr. Pr. Herel: (zweiter Beitr.) Heller, de Cyri oratione. — I. I. B. (zweiter Beitrag). Dessen 17 Progr. und kl. Aufsätze zusammengebunden, Seilers Auszug der Bibel, 2 h. Fr. Bände. — Hr. D. Ioh. Andr. Büchner: Kön. Dän. Iustizrath, Arzt und Physikus zu Bergen in Norwegen, zwanzig Thaler.

1798. Hr. Bergrath I. C. W. Voigt in Ilmenau, eins seiner Kabinette von den Gebirgsarten, von 60 Stück Steinarten, nebst dem erklärenden Verzeichniss desselben, 1797. 8. — Hr. Prof. Chr. Petri: (zweitet Beitr.) Schrevelii lex. gr. lat. — Hr. Kammerrath u. Pr. D. A. F. Chr. Reinhard: (dritter Beitr.) 12 Bücher, als: Sigonii in fastos consulares ac triumphos rom. commentarius, Fol., Wolfii philos. rat. Ammianus Marcellinus, ed. Valesii. Paris. 4., Lange über Wolfs Metaphysik, Buddeus über Wolfs Philos., Sanctii Minerva, ed. Scioppii et Perizonii, Stewechius de partic. ling. lat., Hadrian. Cardinalis de sermone lat., Bulengerus de tributis ac vectigalibus P. R., Nieuport ritus rom., Rosenthals Verfertigung und Gebrauch meteorol. Werkzeuge, Stavini Tafeln der Sinuum, Tangentium et Secantium. — Hr. Prof. Salzmann in Schnepfenthal, dessen Himmel auf Erden. — Hr. Pastor G. V. Sickler in Kleinfahnern, drei Silbermünzen, als: einen sogenannten hebräischen Seckel des Heiligthums, angeöhrt und vergoldet, eine Genfer und eine Braunschweingische S. Münze. — Hr. Prof. I. B. Trommsdorf: eine sehr nutzbare Sammlung von Proben merkwürdiger Handlungs- und Arzneiwaaren, 50 Sorten. — Gymnas. I. C. C. Bader: ein Stückchen Amethyst und 4 Kupf. Münzen. — Gymnas. I. M. Bendleb: 7 K. Münzen. — Gymnas. F. B. T. Beyer: 4 kleine Konchylien. — Hr. Kaufmann I. P. Belling: (zweiter Beitrag) eine sehr nutzbare Sammlung von Proben merkwürdiger Handelswaaren, 45 Sorten — Hr. Ingenieur-Hauptmann und Baudirector I. G. Scheyer: dessen practisch-ökonomische Wasserbaukunst, 1r und 2r Th. m. K. und dessen pract. ökon. Strasenbaukunst. — Gymnas. I. D. A. Tappe: eine Silbermünze. — Gymnas. I. Nagel: 1 K. Münze. — Gymnas. G. C. B. Ritschl: (zweiter Beitr.) vier Varietäten des türkischen Mais, in 4 grossen Achrenkolben, und acht Stück Konchylien, von Hrn. Kl. — Hr. Graf Fr. v. Beust, Sächs. Weim. Kammerhr. in Altenburg, dessen Beiträge zur Sächs. Gesch. 1s und 2s Stück und zwei fürstl. Schwestern aus dem Hause Mecl. Stammmütter des Kur- und Herzogl. Sächs. Hauses, desgleichen ein Fell eines Zebra, oder afrikanischen Tieger-Pferdes, (Equus Zebra, Linn.) — Hr. D. W. O.. in B. einen Dukaten. — Hr. Apotheker C. Ch. Frenzel: eine sehr nutzbare Sammlung von Proben merkwürdiger Handlungs- und Apothekerwaaren, 30 Sorten. — Hr. Apotheker C. Fr. Bucholz: ebenfalls eine sehr nutzbare Sammlung von dergleichen merkwürdigen Waaren, 55 Sorten. — (Wenn sich in Zukunft mehr dergleichen patriotische Beförderer des Guten finden, welche bei ihren Beiträgen an Waaren- Saamen u. d. Proben auf das bereits Vorhandene Rücksicht nehmen, wie es die genannten vier Herrn thaten, (deshalb das Verzeichnis des Vorhandenen zu Diensten steht) so kann mit der Zeit eine äusserst vollständige und höchst interessante Sammlung für Naturgeschichte, Technologie und materia medica entstehen.) Von dem Hrn. Apotheker Vogt: 6 Bände, als Harenbergs Geschichte der Iesuiten. Halle 1760, 2 Bde.

in 4., Marmontel Contes Moraux. Amst. 1761, 2
1786. 8. Iaquin's Pflanzenkenntniss. — Hr. Ab
Contur- oder Geierkönig und eine vorzüglich lar
cristata Linn.) — Hr. I. B. B. (zweiter Beitr.) zv
auf Eisen und Malachit. — Hr. C. N. in R. vier
ses bis zur Aehnlichkeit der Baumwolle.

Ad academica subsellia solemniter prom
integritate, literarum humaniorum amore
haud contemnendo, se nobis per omne
quentarunt, optime probauerunt:

IO. HENR. GISSLER, Bechstäd
SIGISM. ALBRECHT LOEFFL
quorum vterque oratione latina a se comp
dis industriae posuerit, docere conabitur.
orbis regina, dein summis Pontificibus subd
Lunae, sub examinis initium. Posterior
mentis, quae, cum res pretiosissimae mobiles
molem suam aegre auferri poterunt; lat. di
que suo et commilitonis nomine vale dictu
busque tubis, gratias, quibus debentur, p
bonae notae, qui spem futuri de patria n
compositas speciminis loco habebunt:

IO. CONRAD KNAVBEL, Sc
Scipionis characterem eumque comparab
Bounapartii, dicti Italici; gallice. *Cara*
FRICAIN *et de* BVONAPARTE *l'Italiqu*

CAROL. CHRIST. BERNH. L
nus declamabit: De arte amicos sibi cr
besonders wichtigen Kunst, sich Freunde u
tempore antemeridiano.

IO. GEORG EDER, Erford. D
veteres Graecos parte necessaria; germ.
einem wesentlichen Stücke der Erziehung der

Quos igitur actus solemnes, vt sua
Ephori et quilibet Musarum amici
rogo. Dab. d. 21. Aprilis, 1798.

ſt. 1761, 2 Bde. 8., Campe's Theophron. Wolfenb.
— Hr. Abbe Schweitzer: eine grosse Feder vom
rzüglich lange Stachel, vom Stachelschwein (Hystrix
er Beitr.) zwei sehr schöne Stufen, Kalkspathkrystallen
J. in R. vier Proben von dessen Veredelung des Flach-
e.

---

iter promouebuntur duo iuuenes, qui morum
um amore, nec non linguae hebraicae studio
er omne tempus, quo lectiones nostras fre-
t:

, Bechstädwagdio - Erfordiensis.
LOEFFLER, Tröchtelbornio - Erfordiensis,
a se composita, quantum in artibus addiscen-
conabitur. Prior aget: *De vrba Roma, olim
ficibus subdita, iam a Gallis expugnata;* lat. die
Posterior: *De clarissimis vrbis Romae monu-
iae mobiles ex Italia in Galliam iam migrant, ob
nt;* lat. die Merc. sub examinis finem, simul-
vale dicturus, tympanis sonantibus accinenti-
ebentur, persoluet. Insuper tres alii iuuenes
le patria meriti inflant, itidem orationes a se
ebunt:

BEL, Schallenburgo - Erf. depinget P. Corn.
comparabit cum iudicandi agendique ratione
ce. *Caractère et comparaison de* SCIPION l'A-
E *l'Italique.* Die Merc. temp. matutino.

ERNH. LEHMANN, Werningshusa - Gotha-
cos sibi creandi; germ. *Von der dem Iüngling
Freunde und Gönner zu erwerben.* Die Martis,

Erford. De Musica, iuuenilis institutionis apud
ia; germ. *Von der Musik der alten Griechen, als
ziehung der Iugend.* Die Mart. temp. pomerid.
es, vt sua praesentia Viri venerandi
rum amici condecorare velint, humanissime
798.